daretur, in quo executiua via locum non haberet, & ordinaria penitus conquieſceret, quippe quam eludere facillimum eſſet, de quolibet contractu vel debito confecto chirographo, quare meritò Boer. *dict. numero* 13. *in fin. iunctis numero* 14. *verſ.* Tamen de ſtylo, *ac numer.* 15. vbi aſſerit, Galliæ ſtylum eam minimè admiſiſſe.

33 Rurſus cauendum eſt à Villadiego *in polit. cap.* 2. *numero* 20. qui præcedenti doctrina velut certiſſima ſuppoſita, illud ei conſequenter addit, poſſe etiam chirographum executioni mandari, etſi debitum in eo contentum non per duos teſtes probatum ſit, ſed per vnum tantum, & litterarum comparationem, quinimò pro ſe citat Parlador. pro contraria ſententia ſup. à nobis laudatum, quem aut non vidit, aut certe non percepit; ac rurſus animaduertere debuit, quod talis comprobatio ſcripturæ per vnum teſtem, & litterarum comparationem, tantum operatur quoad viam ordinariam, iuxta tradita à gloſſ. *verb.* exacto, *in l. admonendi* 31. *ff. de iureiuran.* & communi, quam poſt Bart. *numero* 26. & alios, reſoluunt Ripa *ibi*, *numero* 513. D. Couar. *in practic. cap.* 22. *numero ſexto*, Gregor. Lopez *in l.* 119. *gloſſ.* 6. *tit.* 18. *parti.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 114. *numero ſexto*, & 20. Maſcar. *de probat. concl.* 330. *numero ſeptimo*, Gilchen. *in l. comparationes*, *numero* 21. *Cod. de fide inſtrumentor.* non etiam quoad viam executiuam, vt tradunt vtrumque Pax *in praxi* 4. *part. tom.* 1. *cap. primo*, *numer.* 28. *iunctis duobus præcedentibus*, Azeued. *in l.* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *compilat. n.* 20. *in fine.*

34 Tertiò, quod ad perſonam attinet cum ante omnia eius legitimatio quærenda ſit, *l. ſi quæramus* 4. *ff. de teſtam. l. quidam referunt* 14. *verſ.* Eſſe enim debet, *ff. de iure codicil. l. licet* 24. *Cod. de procurator.*) illud neceſſario exigitur quod prædicta recognitio fiat ab habente legitimam perſonam ſtandi in iudicio, quam quoad hoc ha-
35 bere etiam * minorem annis 25. curatore carentem, adeóque eius recognitionem, vel confeſſionem valere, argument. *l. certum* 6. §. *in pupillo*, *verſic.* Minorem, *ff. de confeſ.* docuit Paul. Caſtr. *ibi*, *à* verſ. *Et ſecundum*, ſic eum Text. intelligens, ſequuntur Auendañ. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.* 30. *numero* 5. *verſ.* Septimo requiritur *in fin.* & *reſponſ.* 4. *numero ſeptimo*, Parlad. *dict.* §. 5. *numero* 10. Villadieg. *in polit. dict. capite ſecundo*, *numero* 27. Volañus *in Curia Philippica* 2. *part.* §. 6. *numero quinto*, aliud docentes in minore curatorem habente, cuius interuentus hoc in caſu omnino neceſſarius erit. Id quod iure communi mihi non probatur, cum obſtent generalia verba *dict. verſ.* Minorem, & *l. de ætate* 11. *in princ. ff. de interrog. in iu. fac.* quod & volunt Duar. & Weſemb. *ad tit. ff. de confeſ.* ille verſ. *vlti.* hic verò *numero tertio*, verſ. *Minor*, ſed tantum procedit apud nos, ſtante *l.* 22. *titul.* 11. *libro quin-*
36 *to*, *noua compilat.* quicquid abſolute * minoris recognitionem, ſiue illa curatorem habeat, ſiue etiam eo careat, ad executionem minimè ſufficere, notans Auendañ. quaſi ſibi in præfatis locis contrarium, probare magis videatur Azeued. *in dict. l.* 5. *compilat. numer.* 10. propter *l.* 1. & 4. *titul.* 13. *part.* 3. vbi ad hoc, vt confeſſio in iudicio facta noceat confitenti, 25. annorum ætas
37 requiritur. Quæ tamen * leges pertinent ad firmitatem confeſſionis, ne poſſit per in integrum reſtitutionis beneficium impugnari, iuxta terminos *dictæ legis certum*, §. *in pupillo*, *verſ.* Minorem, *ff. de confeſſis*, iunctis quæ circa eam nuper cum Duareno, & Weſemb. obſeruauimus, quicquid aliter intelligat, licet earum legum Regiarum non meminerit, Gutier. *lib.* 1.
pract. quæſt. 123. *ad fin.* Qui in * alio nihilomi- 38
nus planè fallitur, dum ſcilicet ſuperiorem Auendañi ſententiam, quod minoris curatore carentis recognitio ſufficiat ad executorium mandatum contra eum decernendum, expreſſe etiam firmat in minore curatorem habente, im-
memor *dict. l.* 22. *compil.* * ex qua conſtat, omnes 39
contractus, vel actus à minore 25. annis, curatorem habente, in ſui præiudicium quomodocumque celebratos, ipſo iure nullos eſſe, vti ex ea lege notat Matienços *ibi*, *gloſ.* 2. *numero vltim.* iuncta obſeruatione Azeue. *ad eandem l.*
22. *numer.* 3. Vnde * & recognitio, vel confeſ- 40
ſio, etiam iudicij præparatoria, minori ſub tutoris, vel curatoris poteſtate conſtituto minimè nocebit, vt & per eam l. agnoſcit D. Pichardus (quicquid ea ſemota contrarium priùs docuiſſet) *manuductionum ad praxim part.* 2. *præcepto*, & §. 5. *num.* 9.

Quarto deſiderari ſolet, quod recognitio ſit 41
ſimplex, clara, & certa. De qua re, quia hactenus non ſatis intellecta eſt, longioremque proinde tractationem exigit, ſeq. diſſertatione ſeparatim diſſerere commodius viſum eſt.

Quinto requiritur, quod partis recognitio 42
ſit expreſſa, non enim tacita ſufficit, reſultans ex ſilentio, ſecundum Felin. *numer.* 12. *in capite ſecundo*, *de fide inſtrum.* Rebuf. *dict. titul. de chirographorum recognitione*, *in præfatione*, *num.* 26. & 74. & Auenda. *dict. cap.* 30. *numero quarto*, id ta-
men limitantes, * niſi huiuſmodi recognitio 43
tacita, reſultet ex contumacia nolentis comparere poſt perſonalem citationem, ipſi factam ex iudicis decreto, quo nominatim cautum fuerit, vt pars aduerſa ad recognoſcendum citetur, vt intra terminum ſibi ad hoc præfixum compareat, poteſt enim in hac ſpecie iudex ob partis contumaciam, vel in non comparendo poſt citationem, præfato modo factam, vel ſi comparuerit, in recuſando recognitionem, ſiue claram reſponſionem erga eam, inſtrumentum habere pro recognito, argument. Tex. *in l. de ætate* 11. §. *qui tacuit*, *ff. de interrogat. in iu. fac. in c. fin. de confeſſ. in* 6. *cap. venerabilibus* 7. §. *porrò*, *de ſentent. excommunicat. eod. lib. l.* 3. *verſ.* Ca muchas vegadas, *tit.* 13. *part.* 3. docent Rebuf. *dict. tit. de chirographorum recognitione*, *in præfat. numero* 26. 97. & 98. *verſ.* Contrarium, & *art.* 1. *numer.* 19. 20. & 40. D. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 11. *numero quarto*, *in fin.* Auenda *dict. cap.* 30. *numero quarto*, Franciſ. Auileſius, elegantem Angeli, & Iaſonis doctrinam expendens, *in capitibus Prætorum*, *d. cap.* 10. *verbo* execucion, *numer.* 34. Did. Perez *ad l.* 4. *tit.* 8. *libro tertio*, *ordinam. gl. ſſ.* 1. *verſ.* Quid obſecro, *pag. mihi* 1090. Valaſ. *conſultat.* 164. *numero ſecundo*, *tom.* 2. Parlador. *libro ſecundo*, *rer. quotid. cap. fin.* 1. *part.* §. 5. *numero* 8. & 11. Gutier. *pract. quæſt. libro primo quæſt.* 122. *numero primo*, verſ. *Sed his non obſtantibus* (qui *num. ſeqq.* contrariæ ſententiæ fundamentis optimè ſatisfacit) Azeue. *in dict. l.* 5. *compil. ex numero* 14 *ad* 20. Villadiego *in politic.* 1. *part. cap.* 2. *numero* 29. Frater Emanuel Rodericius *quæſtion. regul. libro ſecundo*, *quæſt.* 13. *art.* 5. Frat. Octauianus Spatharius *de modo corrigendi regulares*, *tract.* 8. *capite quarto*, *ſub numero ſecundo* Collerus *de proceſſib. executiu. part.* 3. *cap.* 1. *numero* 101. & 102. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 1.

lib. 1. *cap.* 183. *numer.* 14. & 15. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 6. *lit. R*, *concl.* 50. *numer.* 17. Floridus Mauſonius *de cauſis executiuis*, *lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 42. Gab. Aluar. *de priuileg. pauper. part.* 2. *quæſt.* 65. §. 1. *numer.* 156. & *ad axiomata iuris lit. I*, *numer.* 114. idque ad praxim omnes valde commendant, ſed
44 & ampliant, * vt data rei latitatione, quia forſan conſuetis horis domi non interſit, aut non inueniatur, ne eius ſibi malitia proſit ſufficiat citatio ad domum, dum tamen illa duplicata ſit vt aduertit Rebuf. *d. art.* 1. *numer.* 19. *in fin.* qui etſi nihil alleget, moueri potuit arg. Text. in Authent. *vt liceat matri*, & *auia cap.* 9. §. *ſi quis in ſua domo*, illic, *ſemel*, *ſecundo*, *culpatus*, *collat.* 8. & quod per eum textum, & ſimilia iura notat gl. *verbo* admonitus *in Auth. de heredib. & falcid.* §. *ſi quis autem non implens*, *collat.* 1. quam gl. alio in propoſito expendunt, ac ſingularem dicunt plures relati, quanquam non probati ab Anton. Gomezio *tom.* 3. *variarum*, *cap.* 1. *numer.* 24.

45 Verum adhuc hanc praxim non male impugnat Gundiſſaluus Paz *d.* 4. *part. tom.* 1. *cap.* 1. *numero* 25. & 54. cui accedunt Volañus *in Curia Philipp.* 2. *part.* §. 6. *numero tertio*, & Amator Rodericus *d. art.* 2. *numero* 10. *verſ. Cæterum*, qui *num. ſequenti*, nouam in hoc articulo praxim introducit ex mente eiuſdem Gundiſſalui Paz *dicta* 4. *part. cap.* 7. *numero ſecundo*, nempè vt ſi reus ad recognoſcendum ſiue perſonaliter, ſiue ad domum citatus, intra præfixum ſibi terminum comparere noluerit, vel recognoſcere, ſiue circa recognitionem reſpondere poſt quam comparuit recuſauerit, iudex eius non comparentis bona, vel ipſum comparentem, donec recognoſcat, ſeu reſpondeat, capi iubeat, argumento *legis primæ*, §. *ex hoc reſcripto verſ.*) aliàs §.) *ſecundum quod*, illic: *Cogendaque erit reſpondere*, & *verſ.* (alias §.) *quid ergo ſi non reſponderit*, illic, *Cogenda igitur erit remediis Prætoris*, & *in ius venire*, & *ſi venit*, *reſpondere*, *pignoraque eius capienda*, & *diſtrahenda*, *ſi contemnat*, *ff. de ventre inſpiciendo*, quæ ſanè praxis longè mihi
46 æquior, ac rationabilior videtur, & eam * tam Hiſpalenſis, quam Granatenſis Senatus frequentius amplecti ſolet eo in caſu, quo citatio ad recognoſcendum, perſonaliter facta non eſt, ſed ad domum tantum ob rei latitationem, ac de magno præiudicio tractatur, quia magnæ quantitatis obligationem priuata ſcriptura contineat; alias autem priorem praxim, quod poſt rei contumaciam in non comparendo, vel reſpondendo, executorium mandatum decernatur, magis admittit, ſcilicet cùm vel citatio in perſona facta eſt, quodcumque negotium fuerit, vel ſi ad domum tantum facta ſit ob rei latitationem, ita demum ſi de paruo ſiue modicæ quantitatis præiudicio tractetur quippè quod, in iure parum attendi ſolet, *l. ſcio* 4. illic, *ne propter ſatis minimam rem vel ſummam*, *ſi maiori rei vel ſummæ præiudicetur*, *audiatur*, *ff. de in integr. reſt. l. ſi oleum* 10. (quæ aliàs eſt ſub *l. ſi quis affirmauit* 9.) §. *fin. cum l. ſeq. ff. de dolo*, cum latè adductis, & pro more exornatis à Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo*, *per totum*, Alderano Maſcard. *de generali ſtatutorum*, *interp. concl.* 5. *numero* 47. 50. 60. & 61. Mario Giurba *ad conſuetudines Senatus Meſſanenſis*, *cap.* 16. *gl. ſſ.* 2. *numero decimo quarto*, Tuſcho *pract. concluſ. tom.* 5. *lit M*, *concluſ.* 238. *per totam.*

Tandem poſtulatur, quod recognitio fiat in 47
ipſo litis exordio, ante ſolemnem libelli porrectionem, vel litis conteſtationem, puta iudice tunc ad actoris inſtantiam interrogante reum ſiue illi iubente, vt declaret, an ipſius ſit
ſcriptura illa: nam etſi, vt * ex ea agi poſſit 48
vel ordinarie, vel ſummarie, aliter quam per executionem, tam ante quam poſt litis conteſtationem fieri recognitio valeat ad iudicis interrogationem, ex reg. *l. vbicumque* 22. *ff. de interrogat. in iure faciendis*, notant Baldus *in Authentic. contra qui propriam*, *numero* 23. per Text. *ibi*, *Cod. de non numerata pecu.* Ludou. Roman. *conſ.* 373. *num.* 1. 2. & 3. Philip. Dec. *in capite primo*, *prima lectu. notab.* 4. *num.* 34. & 35. *de iudiciis*, Curt. iun. *in l. admonendi numero* 31. *ff. de iureiur.* Rebuf. 1. *tom. ad leges Gallicas titul. de chirograph. recogn. in præfat. numero* 78. & 79. ſecus nihilominus erit, ſi executiue agatur ex ſcriptura recognita, virtute ſtatuti, vel conſuetudinis tunc enim recognitio (vt diximus) ante litis conteſtationem facienda eſt, nam ſi poſtea fiat,
* non habet executionem paratam, ſed erit 49
expectanda ſententia, quemadmodum in Franciæ Regno obſeruari teſtatur Rebuf. *dict. numer.* 79. *in fine*, & apud nos quoque paſſim praxis admiſit, vt teſtatur D. Præſ. Couar. *var. reſol. libro ſecundo*, *cap.* 11. *numero quarto*, qui eam pro-
bare nititur * authoritate Bald. quem corruptè 50
citat *in l. contra negantem*, *Cod. ad l. Aquil.* (vbi hac de re nullum verbum profert) pro *dicta Auth. contra qui propriam*, & aliorum, quos nuper retulimus, cum tamen ex his, quæ diximus, planè conſtet, longè quidem aliud eos ſentire quoad hoc, vt præcisè ante litis conteſtationem fieri recognitio ad iudicis præceptum debeat, voluerunt enim, etiam poſtea fieri poſſe in cauſa tam ordinaria, quam ſummaria, & executiuæ, de qua loquimur, non meminere. Con-
ſtat autem * inter viam ſummariam ſtrictè ſum- 51
ptam, & executiuam multum intereſſe, & ideo de illa ad iſtam affirmatiuè non rectum ſumi, aut fieri argumentum, iuxta reg. *l. Papinianus* 20. *alias* 21. *verſic.* Sed quod idem, *ff. de minor. cum ſi-*
milib. cum in * cauſa ſummaria appellatio re- 52
gulariter admittatur quoad vtrumque effectum, aliter quam in executiua, ſtrictè quoque accepta, quatenus ſpecies eſt ſummariæ,
in genere ſumptæ, & tantum * remittantur 53
ſolennitates ordinarij iudicij, iuriſque termini reſtringantur, iuxta Text. *in Clem. diſpendioſam*, *de iudiciis*, & *in Clem. ſæpè*, *de verb. ſignif.* cum his quæ *vbique* gloſſæ, & Doctores communiter adnotarunt, quemadmodum teſtantur Robertus Maranta *de ordine iudiciorum* 4. *part. diſtinct.* 9. *à numer.* 8. maximè *numer.* 175 & 176. Iacobus Puteus *deciſionum Rotæ Romanæ lib.* 3. *deciſ.* 130. *à num.* 7. Parlador. *in ſeſquicenturia quotid. differentiarum*, *differ.* 137. *à numer.* 6. & 13. & poſt alios Caldas Pereira *de emptio.* & *vendit. cap.* 31. *numero* 30. Sigiſm. Scaccia *de appellat. quæſt.* 15 *à num.* 244. & 248. & *quæſt.* 17. *ampliat.* 30. *fine à numero ſeptimo*, Florid. Mauſonius *de cauſis executiuis*, *præludio* 1. *numero* 43. & *ampliat.* 34. *numero* 8. & 9. Auguſt. Barboſa *in tract. de clauſulis vſufrequent. clauſula* 176. *ex numero ſeptimo*, D. Franciſc. Salgado *de Regia protect. vi oppreſſorum*, *tom.* 2. *part.* 3. *cap. ſecundo*, *num.* 91. & 92. & *part.* 4. *cap.* 5. *numero primo*, *ad* 5. *incluſiuè*, Don Franciſcus Chiſilerius *de iudice regularium c.* 11. *ex num.* 3.

54 Relata igitur praxis multo melius fundari
poteſt argumento eius , quod obſeruatur in
confeſſione iudiciali , quæ ſi ante ſolemnem li-
bellum , vel litis conteſtationem ex iudicis
mandato ſponte fiat , paratum habet executio-
nem , præmiſſo præcepto de ſoluendo intra cer-
tum diem , iuxta regulam legis ſi debitori 21.ff. de
iudiciis , in quem ſenſum interpretanda ſunt iu-
ra , quæ confeſſionem in iure factam rei iudi-
catæ æquiparant , l. proinde 25.§.vltim. illic : In-
dex non rei iudicandæ , ſed æſtimandæ datur , quia
nullæ ſunt partes iudicis in confitentes , ff. ad le-
gem Aquiliam , l.poſt rem iudicatam 56. illic :
Vel confeſſionem in iure factam , ff. de re iudica-
ta , l.1.ff. de confeſſis , l.vnica Cod. eodem tit.nam
vt hæc æquiparatio propriè locum habeat , ac
præfato modo exequi confeſſio poſſit , neceſſe
eſt, vt fiat ab initio ; ſi verò confeſſio * libello
55 iam porrecto,in ipſa litis conteſtatione,vel poſt
fiat , non item executionem habet , quia iudicis
ſententia neceſſaria eſt, in negotio principali fe-
renda,iuxta alias iuris regulas,nempè Tex.in l.cum
quædam 19.verſ.Sed etſi poſt ſuſceptam, illic : Sen-
tentiaq; à priore rectè fertur,ff.de iuriſd.l.ſi mulier 21.
§.fin. in fine , illic : vt quam viam ego elegerim hæc
mihi pateat , ff.quod metus cauſa , l.non poteſt 23.l.
de qua re 74. ff.de iudic.l. vt fundus 18. ff. com-
muni diuidundo , l. quod in herede 9. §. eligere ,
illic : cùm ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futu-
rum, ff.de tributoria act.Auth. quiſemel, C.quomodo,
& quando index , cap.1.in fin.de poſtulat.prælatorum
in 6.cap.vt quis duas 25.de elect.eodem lib.idque in
56 ſpecie conſtat * ex l.Iulianus 3.& l.qui ſtichum 5.
ff.de confeſſis , ac notat vtrumque gloſſ.Vltima in
l certum 6.§.vltim.ff.eodem titul.gloſſ.finalis in fin.in
dict. l. proinde, §. fin.gloſſ.vltim.ſimiliter in fine , in
l.1.Cod. de litis conteſtat. gl.magna ad medium,verſ.
Et quod dicitur , in dict.l.vn.Cod.de confeſſis , gl.
verbo litis conteſtationem , verſ. Si autem extra or-
dinem , in Authent.de exhiben. reis , §. illud quoque,
collat.5.& verbo reſponſionem, verſ. Sed ſi non
ſit datus , in cap.dudum 54.de electione , reſoluunt
communem vltra ordinarios vbique , Raphael
Cumanus in dict. l.1. numero quarto , ff. de confeſſ.
Alexand. in l.2. numero 12.ff.de iureiurand.Maran-
ta vbi ſupra ſexta part. actu 5.de confeſſione, nume-
ro 21.& actu 8. de inſtrumentorum productione , nu-
mero decimo tertio , verſ. Licèt poſſet dici , Roderi-
cus Suarez in dict. l. poſt rem iudicatam , notabili 2.
numero 6. & 20. & notabili 3. numero 2. & 9. &
ad l. Regni quæſt. vltim. numero 3. Gregorius Lo-
pez in l.7. gloſſ.2. in princip. titulo 3.part.3. Fran-
ciſc.Auil. dict.cap.10. Prætorum , verbo execucion,
numero 27. Villalobos in ærario communium opinio-
num , litera E, numer.248. D. Anton.de Padilla
in l.ſi quis maior. num.71. Cod. de tranſact. Gu-
tierr.lib.1.practicarum quæſt.126. num.3.& 4. Aze-
ued.in dict.l.5. tit. 11. libro 4. compilat. numer. 31.
Amator Roderic.de execut.cap.1.art.2. numer. 24.
57 Quomodò * procedunt quæ de confeſſionis exe-
cutione ſimpliciter tradit Bart.in l.1.numer.1.verſ.
Præterea non eſt dubium , ff.iudicatum ſoluit,An-
ton. Francus in addit.ad Abbatem , in cap.1.n.25.
ſub lit.D.de iudiciis , & cum aliis pluribus Flo-
ridus Mauſonius de cauſis executiuis libro pri-
mo , ampliat. 36.à numero ſeptimo , qui & ipſe ſic
tandem agnoſcit numero trigeſimo octauo , idque
58 apud * nos apertè probant dict. l. 7. verſ. Mas
quando , illic , y torgaſſe luego lo que deuia,
titulo tertio , parte tertia . & l.2. titul.13.eadem par-
tit. verſ. E por ende el juzgador , ante quien es fecha
la conocencia , deue dar luego juyzio afinado por ella,
ſi ſobre aquella coſa que conocieron fue commenzado
pleyto por demanda , e por reſpueſta, iuncto verſic.
Mas ſi alguno, illic, le rogaſſe , que le fizieſſe jurar,
o que le preguntaſſe . ſi el deuia alguna coſa , o mara-
uedis , e el demandado reſpondieſſe luego llanamente,
que ſe los deuia , non le queriendo fazer contienda
ſobre ello , eſtonce dezimos, que abonda , que el juz-
gador mande al deudor, que fizo la conocencia , que
pague aquella coſa , que conocio faſta vn dia ſeñalado,
que ponga, e non ha porque le dè otro ſu juyzio finado
ſobre tal razon como eſta.
Ex quibus ſatis , ſuperque conſtat , confeſ- 59
ſionem iudicialem , etiam poſt libellum obla-
tum citra litis conteſtationem factam , iudicis
ſententiam poſt ſe non expectare , quia nimi-
rum talis confeſſio animo potius iudicium de-
clinandi , ſeu vitandi facta in dubio præſumi-
tur , nec enim lis eſſe poteſt, vbi ceſſat alterius
partis contradictio , cap.forus 10.§.iurgium,verſ.
Lis autem à contentione , de verb.ſignif.id quod
* multo magis locum habebit , ſi eiuſmodi 60
confeſſio fiat , oblata ſimul pecuniæ debitæ
ſolutione , ſiue ſimpliciter , iuxta l. ſi reus para-
tus 73.ff. de procurat. ſiue dilatione ſimul ad ſol-
uendum petita , iuxta l. ad ſolutionem 5. Cod. de
re iudicata , tunc ſiquidem manifeſtius de con-
fitentis voluntate conſtat , quod iudicium ſu-
bire nolit , ſed abſque eo debitum ſatisface-
re. Neutro itaque caſu confeſſio debet perin-
de haberi , quaſi per eam iudicium fuerit in-
choatum , adeóque iudics ſententiam non ex-
pectat , ſed locum tantum facit iudicis præce-
pto de ſoluendo , vel conſignando pecuniam
debitam intra certum diem, iuxta Text.in dict.
l.ſi reus paratus , & in dict.l.ſi debitori , quas & ſic
non malè intelligunt ſiue ad hunc etiam ca-
ſum protrahunt Gregor. Lopez in dict.l.7.parti.
gloſſ.2.verſ.Sed ego crederem , expendens eam l.
iuncta præcedenti, & Petr. Barboſa in eadem l.ſi
debitori à numero 16.maximè numer.26.27.38. &
86. idque ante omnes non obſcurè ſenſit Ra-
phael Cumanus in dict l.1.ff.de confeſſis numero 4.
verſ.Vnde debetis dicere , Anton. Francus in ad-
dit. ad Abb.in dict.cap.1.de iudiciis , num.25.lit.D,
verſ.Et tenementi.
Nec ad rem pertinet , quòd per confeſſio- 61
nem quoque libelli reſponſoriam , litis conte-
ſtatio inducitur , quemadmodum colligitur ex
generalitate Text. in l. 2. illic. Niſi poſt narratio-
nem , & reſponſionem , Cod. de iureiurand. propter
calumniam dando , l. 1. verſ. Lis enim, vbi notat,
gloſſ.vltim.ad finem , verſ. Sed puto , Cod. de litis
conteſtat.cap.vnic. ad finem, vbi obſeruat gloſſ vni-
ca , poſt princip.verſ. Eſt autem litis conteſtatio,
eodem tit. de litis conteſtat. & cap. dudum 54. verſ.
Licèt autem , vbi ſimilis gloſſ. verbo reſponſio-
nem , verſ. Dicat , & verſ. Eſt ergo verum , de
electione , & vbique communis , quam reſoluunt
Maranta de ordine iudiciorum 6. part. membr. 10.
num.4. aliàs 5. Franciſcus Viuius deciſ. Neapolit.
310.num.1. lib.2. Barboſa in dict.l.ſi debitori , num.
17.& 28. & apud nos probat l. 10. verſ. Ante
dezimos , illic , que llanamente reſponda ſi , o non,
vbi notat Gregorius Lop. gloſſ.3.tit.3. & l. 3.
verſ. E reſpondiendo , ſub iiſdem fermè verbis,
vbi idem Gregor.Lop. gloſſ.1.poſt princip. titul.10.
part.3. & l.1. illic : Conteſtando el pleyto, cono-
ciendo, o negando , tit. 4.lib. 4. noua compilat. &
conſequenter iudicis ſententia omninò ſequi
debet,iuxta vulgares iuris regulas, ſupra num.36.
expenſas.

62 expenſas. Quia reſpondeo * id quidem minimè
accipiendum eſſe de confeſſione abſoluta , ani-
mo ſoluendi , & iudicium euitandi facta , quip-
63 pè quæ litis conteſtationem (à qua * illud exor-
ditur , l.amplius non peti 15. iuncta gl. verbo iudi-
cium , ff.rem ratam haberi , cum relatis à Gundiſ-
ſaluo Paz in praxi 1.annotat.à numero 35. Andrea
Gaillio pract.obſeruat. libro primo , obſeruat.74.nu-
mero primo , Andrea Fachineo controuerſ. iuris
libro 11.cap.81. D. Ant.Pichard.ad §.ſic itaque diſ-
cretis , ſub numer.70. inſt. de actionibus) inducere
64 minimè poteſt , ne * contrarium effectum in-
tentioni agentis operetur contra reg. Text. in
l.non omnis 19.ff.de rebus creditis & in l. legata inu-
tiliter 14. ff. de adimendis legatis , cum ſimilibus ,
atque adeo per talem confeſſionem ordinaria
potius lis ceſſat , imo & executiua , ſi ſolu-
tio , aut debiti conſignatio , vel confeſtim ,
vel intra terminum à iure , vel iudice aſſignatum
65 re ipſa facta fuerit , quippè * qua liberatio ip-
ſo iure contingit , iuxta regulam Text. in l. fin.
ff. de lege commiſſoria , l. in contractibus 14. §. in
omni vero , Cod. de non numerata pecunia,l. ſi cre-
ditrici 6.l. ex prædiis 11. & l. acceptam 19. C. de
vſuris , l.obſignatione 9.C.de ſolut.l.8. verſ. Otroſi;
tit.14. part.5. cum vbique notatis , & in mate-
ria executionis probat apud nos elegans Text.
in l.32. titul. 4. libro tertio , & in l.18.21.22.& 23.
titul. 21. libro quarto , noua compilat. quibus tra-
ditum eſt , executionem , & ius decimæ ex ea
debitæ vitari , ſolutione per debitorem ſtatim ,
vel intra diem naturalem facta , id quod po-
ſtea in capitibus millionum anni 1632. in 5.
genere conditionum generalium ad Regni le-
uamen , numero 50. fol. mihi 58. pag. 2. pro-
tractum eſt ad 72. horas. Non itaque executio-
ni locus erit aduerſus confitentem , ſtatim vel
intra legitimum tempus debitum ſoluentem ,
aut conſignantem , vt ex relatis compilatio-
nis legibus apparet , & vbique obſeruat Aze-
ued. optimè Ioannes Gutierr. pract. quæſt. libro
primo , quæſt.33. & libro tertio , quæſt. 22. idque in
terminis noſtris planè ſignificat Textus in d. l.
ſi reus paratus , verſ. Sed hoc conſtat , quam rectè
expendit , & explicat Gregor. Lop. in d.l. 8.gloſſ.
4. verſ. Neque obſtat , Gaſp. Roderic. de an-
nuis reditibus libro ſecundo , quæſt. 15. numero 58.
& 59.
66 Quod igitur de confeſſione libelli reſponſo-
ria vulgo traditum eſt , vt litis conteſtationem
inducat , de ea confeſſione neceſſario exaudiri
oportet , quæ admixtam habet negationem ,
vel contradictionem aliquam , prout ad ratio-
nem litis conteſtationis exigitur in l.rem non no-
uam 12. §.patroni , illic , cum lis fuerit conteſtata
poſt narrationem propoſitam , & contradictionem ob-
iectam , C.de iudiciis , puta obiectionem perem-
ptoriæ exceptionis , iuxta l. ſi quidem 9. C. de
exceptionibus , aut alicuius qualitatis , quæ ſaltem
confeſſionem moderetur , vt in ſpecie legis ſi do-
mus 71.aliàs 74.§. qui confitetur , ff.de legat. 1. cu-
ius generis confeſſiones litis conteſtationem
proculdubio inducunt , adeoque viæ ordina-
67 riæ , * ac ſententiæ diffinitiuæ prolationi lo-
cum faciunt , vt & notat Salycetus , quan-
quam non per omnia ſic explicet , numero ſep-
timo ad medium , verſ. Aut fatetur , receptus à
Petro Gilchenio numero 24. in d. l. 1. C. de litis
conteſtat. apertius Ioann. Imolenſ. in d. cap. 1. nu-
mero 11.eodem tit. receptus à Barboſa in d.l. ſi de-
bitori , numer.30.& 31. Iuxta quæ accipiendi ſunt
Tiraquel. de retractu conſanguinitatis , §. 15. gloſſ.
2. ex numero primo , Parlador libro 1. rerum quotid.
cap.14. Gundiſſaluus Paz in praxi 1.part.tom.1. 8.
tempore , à numero primo , Andreas Gail. pract.ob-
ſeruat. libro primo , obſeruat. 75. Bernard. Græu.
ad eundem Gail.eod. lib.concluſ.73. in princip. con-
ſiderat. 1. D. Anton. Pichard. ad §. ſic itaque diſ-
cretis , numer. 51. inſtit. de actionibus , & manudu-
ctionum ad praxim,part.1.præcepto , & §.5.à nume-
ro ſexto , qui de litis conteſtatione , & eius effe-
ctibus latè agunt. Quod cum ita ſit , * iam ex 68
confeſſione ſic facta fundatus eſt ordo iudiciarius
ſuper actione ordinaria ab actore propoſita ,
adeoque neceſſe eſt , vt ſuper ea quoque iudi-
cis ſententia ſubſequatur, vt ſuperius probaui-
mus,
Iuuant quæ de creditore , cui via executiua 69
competit , tradit Parlador. lib.1. rerum quotid.cap.
fin. 5.p.§. 1. numero 17. & 18. & §. 11. numer. 20.
nempe vt in executione petenda cauere debeat
ne verbis ad viam ordinariam ſpectantibus ,
puta damnandi , condemnandi , quoquo mo-
do vtatur , ſed ad executiuam propriè pertinen-
bus , hoc eſt cogendi , compellendi , alias pro
hac via illam potius ingredietur , nec ei poſtea
ad executiuam patebit regreſſus , vt ſatis euin-
cunt iuris regulæ , ſup. numer. 55. expenſæ , ac
volunt gl.ſeq.n. commemoratæ , & in propoſito
melior in Clem. ſæpè 2. verbo partibus , verſic.
Sed pone quod de conſenſu , iuncto verſ. His ra-
tionib. de verb.ſignif. quod & ipſum vltra DD.
num.56.à me relatos , & à Burgenſi de Pace,con-
ſil.39.num.7.Parlador. vbi proximè , & rurſus ab
Azeued. in l. 1. titul. 21.lib.4. compilat. numer.144.
(qui 5. numer. ſeqq. hanc ſententiam , poſito
quod ſit vera , quod tamen ipſe non admittit ,
quinque notabilibus modis limitat) late quo-
que aliis congeſtis exornant,& probant Aluar.
Valaſc. conſultat.88.numer. 9.Gutierr. pract.quæſt.
lib. 3. quæſt. 39. numer. 5. Don Garſias Maſtril.
deciſ.157.ex num.1.part.2.Iacob.Cancer. var. reſo-
lut.lib.1.cap. 17.de appellationibus , à numer. 34. &
lib.2.cap.3.num.91. Hier. Gonçalez (qui ſic ſæpe
in Rota Romana conſtanter reſolutum fuiſſe te-
ſtatur) ad reg.8. Cancellariæ gloſſ. 6. numero 192.
Sigiſm. Scaccia de iudiciis lib.1. cap.62.nu. vltim.
& cap.76.num 9. poſt princ. verſ. Quia qui po-
teſt agere, & de appellat. quæſt.17. limit.9.nu. 45.
Stephan. Gratian.diſcept. forenſ. tom.1.cap. 118.à
num.49. Fontanel. de pactis nuptialibus clauſ. 7. p.
5.gloſſ.2.num.30.Hercules Mareſcottus, & Marius
Antoninus Maceratenſis var. reſolut. lib. 1. ille
cap. 38. numero quarto , hic verò reſol.29. num. 8.
D. Ioan.Baptiſta Valenç. conſ.49.num. 15. Ludo-
uicus Cencius de cenſibus part.2.cap.2.quæſt.5. art.
6.nu.28.Villadiego in polit. cap. 2. num. mihi 52.
Marius Giurba deciſ.55.numer.18.deciſ. 74.n. 11.
& deciſ. 100. numer. 53. D.Illephonſus Perez de
Lara in compendio vitæ hominis , cap.27. per totum,
maximè num. 18. Don Franciſc. Salgado , alios
congerens de Regia protectione vi oppreſſorum 3.p.
cap.4.num.60.& 4.p.cap.7. num.172.id quod * ego 70
ex ſupradictis veriſſimum iudico, vbi lite iam
conteſtata , actor ad executiuam viam progre-
di vult , nec enim hoc ei permittendum eſt ,
etſi expenſas refundere ſit paratus in præiudi-
cium rei, cui ius iam quæſitum eſt ad viam or-
dinariam ſibi fauorabiliorem , argument. Text.in
Authentic.qui ſemel,C.quomodo, & quando iudex ,
& quod per eam tradunt eleganter Matth. Af-
flictus deciſ. Neapolit. 173.num 5.Caualcan.alios
referens

referens *deciſ.* 1.*numero decimo ſexto*, *part. prima*,
ſecus ſi lis nondum fuerit conteſtata, quo
caſu locus erit contrariæ ſententiæ, quam re-
ſoluunt Rebufus 1.*tom. ad leges Gallicas*, *tit. de
litteris obligatoriis*, *art.* 2. *gloſ.* 1. *numer.* 21. *& art.* 6.
gloſ. 3. *numero ſeptimo*, Gundiſſalu. Paz *in praxi*
4. *part. tom.* 1. *capite ſecundo*, *num.* 2. *& cap.* 3. *num.*
31. *poſt* verſ. *Item executionem*, *in* verſ. *Nihilomi-
nus tamen*, Felicianus *de cenſibus*, *lib.* 2. *capite primo*,
numer. 34. *poſt princip. verſ.* Eóque magis, *iun-
cto* verſ. *Quo caſu*. Azeued. *in dict. l.* 1. *num.* 152.
& generalius numer. 153. verſ. *Mihi tamen*, Can-
cer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 180. D. Chriſt.
Paz *de tenuta*, *tom.* 1. *cap.* 21. *à num.* 6. Volañ. *in
Curia Philippica* 2. *part. de iudic. executiuo*, §. 1. *n.*
2. D. Anton. Pichard. *manuduct. ad praxim. part.*
2. *praecept.* 6. *num.* 3. *&* 4. ſimpliciter aſſerentes,
actorem qui, cum via ipſi executiua competeret,
ordinaria tantùm expertus eſt, poſſe ad execu-
tiuam redire refuſis expenſis; accipiendi nam-
que ſunt, cùm ſuper ordinaria actione nondum
lis conteſtata fuerit, vt in terminis docuit
Franciſc. Auileſius *cap.* 10. *Prætorum*, *verbo* exe-
cucion, *num.* 2. *ad fin.* pluresque alij ex ſupra re-
latis, & ex his, quos ipſi congerunt, maximè
Gutier. *dict. q.* 39. *num.* 6. Gratianus *d. cap.* 118. *à
num.* 51. nouiſſimè Hermoſilla *in annotat. ad Gre-
gor. Lopez in l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gl.* 11. *&* 12. *num.* 158.
& 159. licet pedem in hoc non figat, varias
alias referens concordias; & in ſimili de ha-
bente fori electionem ad conueniendum alium,
& litem contra eum in vno foro inſtituente,
quod ante litem conteſtatam tantum, non
etiam poſt, poſſit refuſis ipſum in altero conue-
nire docet, ac deciſum refert Ioannes à Sande
deciſionum Friſicarum libro primo, *titulo ſeptimo*,
de except. definit. prima. Nam & aliàs * ge-
71 neraliter traditum eſt, maximè in ſingularibus
iudiciis, vſque ad litis conteſtationem libellum
emendare, vel mutare licitum eſſe, non po-
ſtea, ſic intellecta deciſione Text. *in l. edita
actio* 3. *ad finem*, *Cod. de edendo*, quemadmodum
notarunt gloſ. *verbo emendari*, & latiſſimè in
diſcurſu Bartol. maximè *à numer.* 6. *&* 28. Paul.
Caſtrenſis *à num.* 5. Alex. *à num.* 2. Decius *n.* 10.
28. *&* 53. Cagnolus *à num.* 67. & Bolognetus *ex
num.* 60. *ibi*, ſimilis gloſſ. *vnica*, *circa finem*, verſ.
Item nota quod libellus, Abbas *à num.* 24. & omnes
in cap. 2. *de libelli oblatione*, gloſſ. item *verb.* iure
addendi, *in cap. inter dilectos* 6. *de fide inſtrumen-
tor.* vbi idem Abbas *num.* 10. & reliqui, vltra
quos plena quoque manu rem tractant, & pro-
ſequuntur Ioannes Faber. *à num.* 3. Angel. *à nu-
mer.* 6. & Iaſon. *num.* 13. *&* 22. *in* §. *ſin minus*, *inſtit.
de actionibus*, Ioannes Petr. Ferrarienſis *in practi-
ca Papienſi*, *titul.* 2. *de forma libelli* ſuper *actione
reali gloſſ.* 29. *ad verbum* ſaluo iure, *numer.* 8. Tho-
mas Grammat. *deciſ.* 68. *num.* 5. Capella Tholoſa-
na *deciſ.* 311. Ioach. Minſing. *reſponſo* 100. *numer.*
11. 12. *&* 13. *centur.* 1. Bartholom. Cæpola *caute-
la* 106. & Thomas Ferrarius *cautela* 34. Bern.
Diaz *reg.* 440. Andr. Gaillius *practicar. obſeruat.
libro primo*, *obſeruat.* 74. *num.* 4. Hartm. Piſtor *var.
quæſt. lib.* 4. *quæſt.* 22. *per tot.* Hieron. Ceuall. *pract.
quæſt. tom.* 3. *quæſt.* 815. *à numer.* 7. (quicquid *nu-
mer.* 10. contrarium apud nos verius exiſtimet
inſpecta *l.* 10. *titul.* 17. *lib.* 4. *noua compilat.* qui
in eo planè fallitur) Petr. Barboſa *in l. non po-
teſt* 23. *numer.* 10. *&* 32. verſ. *Sed longè verius*, *ff.
de iudiciis*, Euerard. Bronchorſt, optimè pro-
bans *enantiophanon*, *ſiue quæſt. controuerſ. cent.* 1.
aſſert. 28. Ioannes à Sande, ſic iudicatum re-
ferens, *deciſ. Friſicarum libro primo*, *titul.* 4. *de li-
bello*, *eiuſque mutatione*, *definit.* 2. Petr. Gilchen.
in dict. l. edita ex numer. 36. Qui * ex *numer.* 41. 72
longè verius, ac receptius eſſe concludit, nul-
lam in propoſito differentiam eſſe inter iudi-
cia vniuerſalia, generalia, vel particularia, quia
in nullo eorum libelli emendatio, vel muta-
rio poſt litem conteſtatam regulariter admit-
titur, vt & ſigillatim diſputat, ac probat Fa-
chineus *controuerſ. iuris libro vndecimo*, *cap.* 91.
cum multis ſeqq. quam etiam ſententiam cre-
brius receptam eſſe agnoſcit. D. Pichard. *in* §.
ſic itaque diſcretis 14. *à numero* 50. *inſtit. de actio-
nibus*, licet ipſe ex *numer.* 69. contrarium, imò
in omnibus iudiciis, etiam poſt litem con-
teſtatam libelli emendationem admitti, cum
Martino gloſſatore antiquo, à nonnullis re-
cepto, verius credat, vt & fecere, Cuja-
cius, Donellus, & alij relati, & merito im-
probati ab Euerar. Bronchorſt, & Ioannes à
Sande, *vbi ſup.*

Nec Rebuffi, & ſequacium ſententiæ relatæ 73
ſup. numer. 70. quicquam opitulatur doctrina
Bart. *in l. conſentaneum* 8. *numer.* 17. *Cod. quomodo,
& quando index*, aſſerentis, actori eligenti vnum
ex remediis ibi propoſitis aduerſus reum con-
tumacem, non præcludi viam quoad aliud
intentandum, quam poſt alios ſequuntur, &
comumniter receptam teſtantur Iaſ. *in l. vni. num.*
23. *ff. ſi quis ius dicenti*, *& conſil.* 9. *num.* 41 *& conſ.*
28. *numer.* 8. Benuenutus Stracha *de decoctor.* 3.
part. num. 46. vltra congeſtos à Franciſc. Becio
in addit. ad Iaſ. conſ. 9. *numer.* 41. *litera H*, quia lo-
quuntur in remediis tendentibus ad eundem fi-
nem in iudicio ſummario, vel executiuo, do-
nec actori integrè ſatisfiat, id quod à quæ-
ſtione noſtra longè diuerſum eſt, quod ani-
maduertere debuiſſet Felicianus à me relatus
dict. numer. 70. ne pro ſua ſententia Iaſonem ad-
duceret.

Quam veriſſimam reſolutionem Granatenſis 74
Curia me iudice amplexa eſt ſeptima die Augu-
ſti anni 1631. in cauſa, quæ agitata eſt inter
Deciſio incidit Granatenſis curiæ
Donam Eliſabet de Leon viduam, & executo-
res teſtamentarios don Michaelis Hermes, eius
mariti, qui ad cauſas pias diſpoſuerat; nam
cùm actrix executores illos primo ordinariè
conuenisset, petens eos condemnandos ad ſo-
luenda ſibi ex defuncti bonis tria millia du-
catorum, ad quæ ille ex matrimonij cauſa
ipſi obligatus eſt in chirographo, in iure
recognito, ac ad publicum, & ſolenne in-
ſtrumentum deinde redacto, poſtea tandem
antequam ſuper hac actione lis ab executori-
bus conteſtaretur, executiuè aduerſus ipſos
agere cœpit virtute illius inſtrumenti, id
vero executoribus contradicentibus, tum ob
ordinariam viam primitùs intentatam, ipſiſ-
que notificatam, tum etiam ob dolum, quo
ad id faciendum, matrimoniumque cum ea
muliere contrahendum, defunctum inductum
fuiſſe dicebant, cum minor eſſet annis vigin-
ti quinque, alioqui facilis in bonis ſuis euer-
tendis, & ad hæc, & alia, quæ allegarunt, pro-
banda terminum ſibi à iudice ſtatui petentibus,
cum eum iudex conceſſiſſet, ab hac conceſſio-
ne, & tacita executorij mandati denegatione
pars dictæ viduæ ad Granatenſe Prætorium
prouocationem interpoſuit, in quo eam ex
ſupradictis duximus reuocandam, executio-
niſque

niſque mandatum actricis parti conceſſimus.
Poſtmodum verò, cum ab hoc Senatus decreto
ſupplicatio ad eum ex teſtamentariorum par-
te interponeretur, eo quod vltra deducta co-
ram ordinario, quæ repetierunt, dicerent li-
tem fuiſſe ſuper ordinaria actione conteſtatam,
ſed conteſtationis libellum ex actis proceſſus do-
lo aduerſarij ſublatum eſſe, & ad id cum aliis
probandum terminum ſibi aſſignari peterent,
hunc illis ad id tantum, abſque viæ executiuæ
præiudicio, breuem indulſimus.

75 Deinde cauendum multò magis eſt à Parlado-
rio *d. cap. finali*, 1. *part.* §. 4. *ex numero quarto*, & Vo-
laño *in Curia Philippica*, 2. *p. de iudicio executiuo*,
§. 3. *numero primo*, quorum primus nimis petu-
lanter, iure etiam communi inſpecto, eo quod
d. l. 2. *&* 5. *ff. de confeſſis*, loquantur in confeſſio-
ne rei debitæ, quæ in rerum natura non eſt; al-
ter vero modeſtius, motus tantum ex *d. l.* 5. *tit.*
21. *libro quarto*, *noua compil.* probare nituntur,
quocumque tempore confeſſio iudicialis fiat,
etiam poſt litis conteſtationem, non minus ei
executiuum ius competere. Quod vtique, in ter-
76 minis vtriuſque iuris falſiſſimum eſt, quia * *lex*
3. *ff. de confeſſi.* contra Parladorium potius retor-
queri debet, dum vtitur dictione *etiam*, quæ
difficiliorem caſum implicat *l. etiam cæcus* 9. *l. etiam
infantem* 42. *ff. de adoptionibus*, *l. etiam ei* 41. *alias*
45. *ff. de minoribus*, *cum mille ſic incipientibus*, *l.* 2.
& 3. *C. ſi tutor*, *vel curator interuen. rubr.* *& l. vn.
C. etiam per procurator. cauſam in integ. reſtitut. agi
poſſe*, *& C. etiam ob chirographariam pecun. pign.
teneri l. extraneum* 9. *C. de hered. inſtitut.* quæ & ſi-
milia iura vltra ordinarios *vbique*, ad hoc ex-
pendunt Baldus *conſ.* 209. *numero* 2. *&* 4. *libro ter-
tio*, Geminianus *conſ.* 65. *num.* 8. Alexand. *conſ.*
116. *numero* 14. *libro ſecundo*, Maſcard. *de probat.
tom.* 3. *concl.* 271. *numero* 33. ac poſt alios Petr. Ze-
nedus *ſingulari* 51. Auguſt. Barboſa *in tract. de
dictionibus dictione* 112. *numero primo*, D. Ioan.
del Caſtillo, *quotid. controu. libro quarto*, *cap.* 42.
77 *numero* 33. & ad interpretationem Text.* *in l. cum
de conſuetudine* 34. illic: *an etiam contradicto ali-
quando iudicio ff. de legibus*, obſeruat eleganter
Bart. *in l. de quibus* 32. *in repetitione numero* 13. *ff.
eod tit.* communiter receptus ex Paul. Caſtr. *nu-
mero vndecimo*, Iaſ. *numero* 51. Horoſcio *numer.*
50. *ibi*, & in ſimili quoque expendit vtiliter
Ioannes Gutier. *practicar. quæſt. libro tertio*, *quæſt.*
32. *numero* 13. *& de tutelis* 2. *part. cap.* 1. *numero* 35.
poſt princip. verſ. *Dictio namque*, adeóque in pro-
poſito noſtro ſupponit illa dictio, idem mul-
to magis dicendum eſſe ſi res confeſſa in rerum
78 natura fuiſſet. Præfata vero lex * Regia generali-
ter loquens, iuxta iuris antiqui terminos, vt
minus id lædat, accipienda eſt, ex regula *legis
præcipimus* 32. *in fine*, *C. de appellat. cum ſimilibus*,
nec enim ſic ea Regia lex accepta, nullius aut
parui effectus cenſeri debet, vt illi perperam pu-
tarunt, cum iudiciali confeſſioni ſimpliciter
executiuum ius tribuerit, quod antea non aliàs
habebat, quam præmiſſo præcepto de ſoluendo,
vt dictum eſt inter quæ multum intereſſe aptius
79 alibi dicam. Hæc itaque * paulo attentius ad-
uertere Parlador. debuiſſet, ne ipſe cæcus, in
re clariſſima interpretes cæcutiſſe affirmare au-
deret. Quo errore ſimiliter inuoluitur *in præce-
denti* § dum iuramentum quoque litis deciſo-
rium, poſt litis conteſtationem emanatum, pa-
ratam habere executionem temere contra om-
nes contendit, quapropter mirum non eſt, ſi
vt alter Narciſus fuit amore obcæcatus, dum
nimium de ſe præſumens, communium præcep-
torum dogmata flocci facit, eaque conuellere,
ac proſternere magna authoritate nititur, mi-
ſere ipſe labatur ac pereat, vt cani in eum non
immerito poſſit id quod duplici emblemate
perbellè cecinit Alciatus, nempè *emblem.* 69. per
ſui ipſius amorem, qui Græce *philautia* di-
citur, ſub nomine Narciſi increpans his ver-
ſibus.

Quod nimium tua forma tibi Narciſe placebat,
In florem, & noti eſt verſa ſtuporis olus.
Ingenij eſt marcor, cladeſque philautia, doctos
Quæ peſſum plures datque, deditque viros
*Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata quæ-
runt.*
Nilque ſuas præter tradere phantaſias.

Et *Emblemate* 172. iuſtam vltionem ſub nomine
corui, ſcorpionem captantis, eiuſque vene-
no necati depingens, vbi ſic tandem conclu-
dit.

O riſu res digna, aliis qui fata parabat,
Ipſe perit, propriis ſuccubuitque dolis.

Iuxta quam veriſſimam reſolutionem iudicatum 80
eſt in Hiſpalenſi Senatu me iudice, de menſe
Martij anni 1628. in cauſa Donæ Eliſabeth de
Deciſio incidit Hiſpalenſis.
Soto & Auiles viduæ, cum Don Ludouico Car-
rança, cui illa mandatum dederat ad exigen-
dos reditus cuiuſdam cenſus, ad illam ſpectan-
tis ſuper Regiis vectigalibus Hiſpalenſis ciui-
tatis impoſiti, quem Eliſabeth actione ordina-
ria mandati conuenit, vt reditus exactos ipſi
redderet, & cum ille reſpondendo negaſſet, ſe
quicquam debere, eo quod omnes iam exoluiſ-
ſet, petitum poſtea fuit ex parte actricis, vt reus
declararet quanto tempore, quotque reditus
exegiſſet, & quando illos ipſi, vel alij eius no-
mine ſoluiſſet ac reo reſpodente quinque annis,
ab anno ſcilicet 1623. ad finem anni 1627. vir-
tute mandati recuperaſſe reditus, huic tempori
reſpondentes, ad rationem ducentorum, ac
viginti quinque mille marauedinorum in ſingu-
los annos, eamque omnem quantitatem à ſe ex-
ſolutam fore, ex rationibus accepti, & dati;
vel remiſſi, quas reddere ſe paratum dicebat,
conſtiturum eſſe; actricis pars confeſſionem hanc
admiſſit, quatenus pro ſe faciebat, eiuſque vir-
tute executionem aduerſus Ludouicum petiit
quam cum ordinarius iudex decreuiſſet, ab hoc
decreto Ludouicus Hiſpalenſem Senatum pro-
uocauit. In quo pro actrice velut apertiſſima al-
legabatur deciſio *d. l.* 5. *compil.* quam eius aduo-
catus eodem quo Parlador. modo, licet eius
non meminiſſet, abſque difficultate accipiebat, vt
nimirum quocumque iudicij tempore emiſſa eſſet
confeſſio, executionem mereretur, & addebatur
potuiſſe illam rectè diuidi à qualitate ipſi ad-
iecta, velut ſeparata, quia etſi * in adminiſtra- 81
tore, tutore vel ſocio, qualitas rationis con-
iuncta eſſet, tam propter neceſſarios ſumptus,
qui in ea re frequenter interuenire ſolent,
quam quia creditum, & debitum proueniunt
ex eodem actu, vel contractu, qui indiuiduam
connexam, & correſpectiuam cauſam habet;
vt ſatis conſtat ex *l. Mutius* 30. *ff. pro ſocio*, *l. cum
quæritur* 16. *verſ.* Sed verius, *ff. de adminiſtr. tutor.
l.* 1. §. *præterea*, *ff. de contraria*, *& vtili actione*, *l.
Thais* 41. §. *libertatem*, *iuncta gl. verbo* fuerunt, *ff.
de fideicomm. libertatibus*, ex quibus, & aliis ſic
poſt Angel. Romanum, & Alexandrum, Iaſo-
nem, & alios reſoluunt Menoch. *de arbitra. li-*

bro ſecundo, caſu 93. numero 10. & 11. Borgn. Caualcan. de tut. & curat. numero 214. Gaſp. Baeç. de decima tutor. cap. 2. num. 268. Fachin. controuerſ. iuris lib. 8. cap. 58. Franc. Muñoz de Eſcobar, qui latè rem tractat, de ratiocin. cap. 21. à numero 12. maximè numero 12. Petr. Gilchen. ad l. inſtrumenta 5. ſub numero 44. C. de probationibus, adeoque in ſpecie non niſi cum illa qualitate acceptari confeſſio poſſet, vt ipſi Doctores voluerunt, at in
82 * recuperante reditus alienos, neque vllum aliud negotium admixtum habente, qualitas illa reddendarum rationum, velut ex diuerſis, & ſeparatis ſtationibus deſcendens, nec vllam pro ſe præſumptionem habens, penitus ſeparata videri debet, argum. Text. in l. fin. C. de compenſationibus, in cuius propoſito ſic obſeruat Muñoz
83 d. numero 22. verſ. Et tenendo, ac proinde * talis qualitas repudiari rectè poteſt, in eo tantum confeſſione acceptata, in quo abſque illa certa manet, ex doctrina gl. 1. in l. ſi quidem 9. C. de exception. & communi, diſſert. ſeq. latius referenda.
4 Quibus & aliis non obſtantibus executionis * mandatum, ab ordinario iudice decretum, ex ſupra dictis reuocandum duximus, quia l. 5. tit. 21. libro quarto, noua compil. quæ iudiciali confeſſioni executionem tribuit, de ea, quæ in litis initio ante ſolemnem libelli porrectionem, ex iudicis præcepto ad alterius partis inſtantiam emittitur, duntaxat accipienda eſt, vt diximus. Quod verò de confeſſionis qualitate diuidua pro actrice dicebatur, eo quoque caſu procederet, quo confeſſio iſto modo facta, congruo ac legitimo tempore in iudicio emanaſſet, in ipſo videlicet litis exordio, tunc ſiquidem poſſet actor illam abſque tali qualitate acceptare, vt executioni mandaretur, qualitate intra decendium non probata, ſecus ſi tempore incongruo, puta poſt litem ſuper ordinaria actione conteſtatam iudicialis confeſſio prodiiſſet, vt in relata ſpecie, quo caſu; etiam ſi illa abſoluta foret, nec vlla contineret qualitatem, executioni tradi non valeret, ſed iudicis ſententiam expectaret, vt ſupra cum communi reſoluimus.

85 His itaque concurrentibus in recognitione priuatæ ſcripturæ, ad eius executionem eodem modo procedere iudex poteſt, quo progredi iure valet ad executionem inſtrumentorum publicorum, vel trium ſententiarum, aut vnius in rem iudicatam tranſactæ, aliarúmve rerum, paratam executionem habentium, neglecta appellatione, & qualibet partis allegatione, vel exceptione, niſi legitima, intra decem dies à die oppoſitionis, quæ intra tres alios facienda eſt, proponenda, & probanda, quibus elapſis ſtatim addictionis ſententia pronunciatur, iuxta diſpoſitionem, & formam Tex. in l. 64. Tauri l. 4. & 5. & titulo octauo, libro tertio, ordinament. veteris, l. 3. 4. & 5. titulo decimo ſeptimo, & l. 2. titulo decimo nono, l. 1. 2. 3. & 19. titul. 21. libro quarto, noua compilat. & vltra ordinarios vbique, & plures alios latiſſimè, & eleganter proſequuntur Gundiſſal. Paz in praxi d. 4. part. tomo primo, cap. 2. 3. & 7. Parlad. d. libro ſecundo, rerum quotidian. cap. fin. 5. p. per totam, Amat. Roderic. de executione cap. 1. cum ſuis articulis, ac per totum illum tractatum, D. Anton. Pichard. manuductionum ad praxim p. 2. præcepto, & §. 3. cum ſeqq.

86 Quæ quidem eodem modo locum habent aduersùs clericos in eorum foro, iuxta ea, quæ reſoluunt eleganter Rebuf. 1. tomo ad ll. Gallicas titul. de litteris obligator. artic. 2. gloſ. vnic. numero octauo & nono. Roderic. Suarez ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declarat. legis Regni, ampliat. 8. Dom. Couarru, in practicar. quæſtion. capite quinto, numero quinto, & ab his, & aliis mutuati Ioannes Baptiſt. Villalob. in ærar. commun. opin. litter. E, numer. 251. verſ. Rodericus autem, Gundiſſaluus Paz in praxi, 3. p. tomo ſecundo, cap. vnic. numero primo, Parlador. dict. cap. fin. 1. p. §. 11. ampliat. 7. ſub numero vigeſimo octauo, Carauita ſuper ritus magnæ curiæ vicariæ, ritu 166. numero trigeſimo ſeptimo. Marcus Anton. Genuenſis in praxi Archiepiſcop. curiæ Neapolit. capite decimo quinto, numero primo, & ſecundo, dicens, ita in ea curia ſeruari, ac probatum eſſe conſtitut. Synodali 54. licet ipſe de iure verum non credat) Carolus de Graſſis de exceptionibus, in præludiis, nu. 70. verſ. Contrariam tamen, iuncto num. 74.

Dissertatio XXIV.

De eadem materia priuatæ ſcripturæ recognitæ, & an & quatenus talis recognitio, & iudicialis confeſſio, vt paratam executionem habeat, ſimplex, clara, atque certa debeat eſſe quidque in eo recognitio à confeſſione differat?

SVMMARIA.

1 Recognitio priuatæ ſcripturæ, vt ei executionem tribuat, ex ſententia Petri Auendañi, ſimplex, clara, & certa debet eſſe, ita vt nihil ei addatur, quo veriſimiliter impugnetur, aut obſcura, vel incerta reddatur, vt & confeſſio, & numero 41.

2 Recognitioni virtualiter ineſt iterata quædam, ſeu repetita confeſſio iudicialiter facta eius, quod in ſcriptura continetur.

3 Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.

4 Confeſſio iudicialis, vt contra confitentem probet, vel iudicati vim obtineat, ſimplex, clara, atque certa, & indubitata debet eſſe, petitionique, vel interrogationi per omnia conformis, & num. 73.

5 Confeſſio incerta, vel obſcura, executionem non meretur.

6 Confeſſio, quæ alternatiuè tantùm rem debitam deſignat, neutram partem firmans, incerta, & obſcura eſt.

7 Idem in ea, quæ amphibologicè debitum oſtendit, ita vt mens confitentis deprehendi nequeat, aut relatione facta ad aliquid incertum, de quo non apparet.

8 Hiſpalenſis Senatus deciſio refertur.

9 Confeſſio non erit incerta, aut dubia, quæ poſt certam, & perfectam diſpoſitionem, relationem facit ad aliquid incertum, de quo non apparet, & eius rei exemplum.

10 Relatio ad aliquid præteritum facta per dictionem ſecundùm, vel iuxta, aut ſimiles, non ſtat conditionaliter, ſed cauſaliter.

11 Sententia aliquem condemnans ſecundùm morem præteritum, non eſt conditionalis, ſed pura, & certa, licet de more illo non conſtet.

12 Idem in priuilegio, ſimili modo aliquid concedente.

13 Actus omnis, cuius natura eſt, confeſtim purè diſponere, talem naturam non amittit ex relatione facta ad aliquid præteritum, etiam incertum.

14 Confeſſio incerta, vel obſcura non eſt, quæ quantitati expreſſæ plus, minuſve addit, ſed certa potiùs in quantitate expreſſa, & ideò executionem meretur, cum num. ſeq. vbi huius ſententiæ authores referuntur.

15 Plus, minuſve dictio, certam quantitatem, quæ ex expreſſione conſtat, minimè auget, vel minuit.

16 Confeſſio, quam pars facit per verbum credo, vel videtur, incerta, aut dubia an ſit? & numero ſeqq.

17 Teſtis depoſitio facta per verbum credo, vel videtur, nulla eius ſufficienti cauſa reddita, incerta, & dubia eſt, nec regulariter admittitur.

18 Facto de proprio deponens pars, etiam per verbum credo, vel videtur, ſibi præiudicat, quia illud ignorare facilè non præſumitur.

19 Reſponſio ſufficiens fit in interrogationibus per verbum credo, quæ aduerſarium ab onere probandi releuat.

20 Confeſſio de credulitate æquè præiudicat, ac de veritate.

21 Confeſſionem ita factam, paratam apud nos executionem habere docuerunt Parladorius, & alij Regnicolæ.

22 Confeſſio huiuſmodi, iure Regio nouiſſimo non admittitur, & ideò neque ad viam ordinariam valet, vt per eam quis condemnetur, & multò minùs ad executiuam, contra Parladorium, & eius aſſeclas.

23 Quorum tamen ſententia ſub certo ſenſu defenditur, & ad praxim reducitur, quæ in Hiſpalenſi, & Granatenſi Senatu plerumque probata eſt.

24 Reſponſionem claram, & certam de facto proprio ſemel, & iterum recuſans, malitioſè facere præſumitur ad executionem vitandam, & ideò in legis pœnam incidit, vt pro confeſſo habeatur.

25 Confeſſio, quæ in genere tantum debitum deſignat, nulla certa quantitate expreſſa, non eſt omninò incerta, & eius rei exemplum, cum 3. num. ſeqq.

26 Quantitas, quæ facilè liquidari, & ad certitudinem redigi poteſt, non poteſt abſolutè incerta, & inexequibilis dici.

27 Gl. 2. in l. certum 6. ff. de confeſſ. à paucis animaduerſa expenditur, & explicatur.

28 Confeſſio quæ certum genus exprimit, præmiſſa ſaltem quantitatis liquidatione ad inſtantiam actoris ritè facta, executioni mandari poteſt.

29 Confeſſio incerta ex doctrina Bart. eodem modo executionem meretur, ac ſententia incerta, & in executione declarabitur, & qualiter hoc accipiendum ſit? cum num. ſeqq.

30 Inſtrumentum publicum, vt executioni mandetur, iuxta ſtatuta ſic diſponentia, certum debet eſſe, ac liquidum, maximè ſtante iure Regio Hiſpano.

31 Inſtrumentum huiuſmodi, etſi non exprimat certam quantitatem, ſed in genere tantùm damni, vel intereſſe reſarctio in eo ſit promiſſa, præmiſſa liquidatione, executioni mandari poteſt.

32 Bart. variis in locis diuerſimodè loquens circa executionem ſententiæ, vel inſtrumenti, quid incertum, & illiquidum continentis, declaratur, & conciliatur.

33 Liquidatio rei illiquidæ, in ſententia, vel inſtrumento exequibili contentæ, non rectè fit in progreſſu executionis iam decretæ, ac incœptæ etiam ante ipſam realem executionem, ſiue pignorum venditionem, vel addictionem, vt plures falsò exiſtimarunt, id Bartolo imponentes.

34 Fieri tamen poteſt in præambulo decernendæ executionis, quod Bart. executionem vocat, atque ita multò veriùs intelligitur à Baldo, & cæteris frequentiùs.

35 Facta tamen liquidatione in diſcurſu executionis ante addictionis ſententiam, & realem executionem, non eſt ipſa executio retractanda ob appellationem eo prætextu interpoſitam, quòd liquidatio non præceſſit executionis mandatum.

¶ Lex fin. §. fin. ff. quod metus cauſa, expenditur, & remiſſiuè intelligitur, ibidem.

36 Inſtrumentum conditionale ſimiliter liquidandum eſt, ſiue eius conditio ſummariè verificanda, & probanda, reo citato, antequam executionis mandatum decernatur.

37 Confeſſio qualificata qualitate indiuidua, ſiue ab ipſa confeſſione inſeparabili, executionem non meretur, & quare?

38 Confeſſioni adiecta qualitas, ſub qua tantum quis ſe confiteri aſſerit, non aliter, nec alio modo, indiuidua, ſiue ab ipſa confeſſione inſeparabilis à plerìſque putatur.

39 Contrarium longè verius eſſe oſtenditur, & num. ſeqq.

40 Proteſtatio iuri contraria non admittitur, nec proteſtantem releuat.

41 Producens ſcripturam ſi, quatenus pro ſe facit, & non alias, tali proteſtatione non iuuatur, quominus in his etiam, quæ contra ſe faciant, eidem ſcripturæ ſtare teneatur.

42 Confeſſio per adiectam qualitatem tunc demùm incerta redditur, cum talis qualitas vt ipſa abſque vlla proteſtatione per ſe ſtare non poteſt, neque à confeſſione diuidi, & quando id contingat?

43 Confeſſio debitoris quòd ſub conditione, vel ad diem, vel ſub certo modo promiſerit, aut centum ab aduerſario acceperit, ſibi ab eo debita, qualitatem indiuiduam, & actui confeſſo connexam, ac veriſimilem continet.

44 Qualitas indiuidua, & actui confeſſo coniuncta, nec contra ſe præſumptionem habens, non poteſt ab ipſa confeſſione diuidi, ſed vel ſimul cum ea admittenda eſt, vel ſimul repellenda.

45 Quod limitatur niſi talem qualitatem impugnans, eam probare paratus ſit.

46 Confeſſio, cui qualitas diuidua, ſiue ab eadem confeſſione ſeparabilis adiicitur, acceptari per ſe poteſt, qualitate repudiata, & quando id contingat? cum n. ſeq.

47 Qualitas confeſſioni à debitore adiecta, quòd ſoluerit pecuniam debitam, vel pactum ſibi factum fuerit à creditore de non petendo, diui-